



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De hoc nomine hypostasis. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Atq; vt cōfutantes Arrium, vnu eandēq; Trinitatis dicim⁹ esse essentiam vel substantiā, & Deū vnum in trib⁹ personis fatemur: ita etiā impietatem Sabellii declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi spiritū S. esse dicentes, aliam patris, aliam filii, aliam spiritus S. esse personam. Non n. nomina tantummodo, sed etiā nominum proprietates, id est, personas, velut Græci exprimunt hypostases, id est, subsistentias confitemur. Nec pater filii, vel spiritus sancti personam aliquando excludit nec filius, & spiritus S. patris nomen personamq; recipit: sed pater semper pater, & filius semper filius, vel spiritus sancti semper spiritus sanctus. Itaq; substantia vnum sunt, sed personas ac nominibus distinguuntur. Ecce hic aperte dicit Hieron. proprietates esse personas, & personas esse substantias. Vnde manifestum fit, quod diximus, scil. personæ nomine significari & hypostasim & proprietatem. Ioannes etiam Damasc. personas dicit esse hypostases, & eas dicentes, ita inquiens: In Deitate vnam naturam contemnur, & tres hypostases secundum veritatem entes, id est, personas:

*Lib. 3. de orthodoxa fide. nec c. 5. in principio.*

### DE PROPRIETATIBVS PERSONARVM, sed prius de hoc nomine hypostasis.

DISTINCT. XXVI.

**N**VNC de proprietatibus personarū, quas frequenter in hoc tractatu eommemorauimus, aliquid loqui nos oportet. Sed primum audiam⁹ quid de hoc nomine hypostasis Hiero. dicit: Ait n. sub hoc nomine venenum latere, sed hoc dicit secundum quod haeretici eo utrebantur ut simplices seducerent, scil. pro persona & pro essentia, vt siue diceretur vna tantum hypostasis, siue tres, min⁹ peritos ad inconueniens deducerent, cum non erat

erat hoc nomen ita apud Catholicos vulgatum,  
ne sita eius significatio determinata ut modo. Et ideo Hier. dicit hoc nomine non utendum fore in distinctione vel expositione, tunc scil. quando cum hereticis contendebatur, ita scribens de fide Catholica ad Damas Papam, ab Arrianorum presule hypostation nouellum nomen à me homine Romano exigitur. Interrogamus, quid tres hypostases arbitretur intelligi tres personas subsistentes a iuncto. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus: ipsum nomine efflagitant: quia nescio quid veneni in syllabis latet. Claimamus: Si quis tres hypostases, i.e. tres subsistentes personas non confiteretur, anathema sit. Si qui autem hypostasim viciā intelligens, non tribus personis una hypostasim dicit, alienus a Christo est: qui scilicet tres hypostases dicens sub nomine pietatis tres naturas conatur afferere. Sufficiat nobis dicere unam substantiam & tres personas perfectas & quales: taceamus tres hypostases, si placet. Nomen hoc non bona suspicione est, cum in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut si recte putatis, tres hypostases cum interpretationib[us] suis debere dicere, non negamus. Sed mihi credite, venenū sub melle latet. Transfiguratus n[on] se angelus Satan[us] in angelū lucis. His verbis non negat utendum esse nomine hypostasis, sed hereticos eo prauēulos ostendit: contra quos cautela opus erat in distinctione significationis: alioquin fibi contradicere et, qui supra tres hypostases confiteretur.

Hier. ad mediū epist. ad Dam. 10. 2.

Ibid. paulo.  
inferius.

De proprietatibus personarum, & de nominibus eorum relatiis.

B

IAM de proprietatibus personarum videamus (quæ etiam notiones sive relationes in scriptura plerunque dicuntur) in illa sancta Trinitate: quæ ideo à nobis repetitur, ut cordi nostro tenacior insigatur. Ait Augustinus in libro de fide ad Petrum: aliud est finis.

K 4 genu-